

tunc nullus poterit alienare: argumento text. in leg. Peto. §. Fratre. ff. de Legatis, & in leg. Cum pater. §. Liberis, eod. titul. & per quæ jura ita tenet Bart. in dict. leg. Pater filium. §. Quindecim libertis. ff. de Legat. 3. 1. oppos. idem Bart. in dict. leg. Peto. §. Fratre. ff. de Legat. 2. vers. Venio ad tertiam partem, & ibi communiter DD. idem Bart. in leg. Scævola. in fin. ff. ad Trebellian. tenent etiam Odo. Cyn. Jacob. Butr. Bald. Paul. & communiter DD. in l. Voluntas. Cod. de Fideicommissis. Jacob. Butr. ubi notabiliter loquitur, in leg. 1. Cod. Qui pro sua jurisdictione. 1. column. Bald. in leg. Cum bi. §. Si pluribus. ff. de Transactione.

48 Item quæro, an & quando electio personæ legatarii possit committi hæredi, vel alteri tertio? In quo articulo resolutivè dico, quòd electio de incertis personis non potest committi; ut si testator dicat *lego centum, vel rem ei, quem hæres meus vel Titius elegerit*: quia esset voluntas captatoria. Sed electio de certis benè potest committi; ut si dicat, *lego uni ex filiis, libertis, vel consanguineis meis, quem hæres, vel Titius elegerit*; quia tunc benè valet & tenet, quia substantia legati non confertur in ejus voluntatem, sed tantum accessorium, vel qualitas, hoc est, illa electio personæ: textus est capitalis & expressus in leg. Cum quidam 2. ff. de Legat. 2. & ibi notant & commendat Bart. Alber. Bald. Paul. Imol. & communiter DD. text. in leg. Unum ex familia. ff. de Legat. 2. cujus verba sunt. *Unum ex familia propter fideicommissum à se relictum, cum moreretur hæres eligere debet: & ei quem elegerit frustra testamento suo legat quod postea quam electus ex alio testamento petere potest*: textus expressior in §. Si falcidia, versic. Itaque, ejusdem leg. Cujus verba sunt: *Itaque si cum fortè tres ex familia essent ejus qui fideicommissum reliquit eodem vel dispari gradu, satis erit uni reliquisse: nam postquam paritum est voluntati, ceteri conditione deficiunt*, & ibi Glossa ordinaria in verb. Uni. Paul. de Castr. Imol. & communiter DD. Imò poterit etiam eligere propinquiorem, vel remotiorem ad libitum voluntatis; nec tenetur eligere ordine successivo secundum proximitatem graduum, quia in libera ejus facultate & electione relictum est; ita probant prædicta jura, & ibi communiter DD. Item etiam talis gravatus potest (si velit) eligere duos, vel plures; textus est in dict. l. Unum ex familia. §. Si duos, & ad hoc notant & commendat ibi Bart. Bald. Paul. Imol. Cuman. & communiter DD. Ex quo datur notabilis declaratio ad leg. 30. cum materia, supra his l. Tauri. ut commissarius, qui habet facultatem meliorandi unum ex filiis vel

descendentibus testatoris, ex licentia & commissione sua possit eligere & meliorare duos, vel plures: & idem est si quis habet facultatem eligendi plures, possit eligere unum.

49 Item adde, quòd isto casu, si hæres vel commissarius nullum eligat, admittentur omnes de familia simul ad legatum vel fideicommissum; text. est dict. leg. Unum ex familia. §. Rogo. ff. de Legat. 2. Nec obstat quòd legatum incertæ personæ relictum non valet, ut in §. Incertis, Institut. de Legat. Quia debet intelligi de omnino incerta persona, non verò de incerta de certis, quæ potest certificari, ut legatum factum uni de familia, vel de certo genere & cognatione; quia tunc valet legatum & fideicommissum, & hærede vel commissario eligente, admittitur electus; eo verò non eligente, admittentur omnes de familia vel genere. Ex quo infertur, quòd si testator relinquit pauperibus talis loci civitatis, Parochiæ vel Hospitalis, quos hæres vel commissarius elegerit; eo non eligente, admittentur omnes pauperes illius loci, vel civitatis: ita Bart. in dict. §. Rogo. & ibi communiter DD. Unum tamen est, quòd isto casu favore pauperum, etiamsi simpliciter relinquit pauperibus, & jussit distribui inter eos etiam nullo electo per hæredem vel commissarium, valet legatum, nec vitatur propter incertitudinem: quo casu, si in illo loco vel civitate, ubi testator fecit testamentum, reperitur Hospitale, illi dabitur; & si sunt plura, dabitur pauperiori; si verò non reperitur Hospitale, Episcopus, vel ejus vicarius distribuet inter pauperes: Textus est in leg. Id quod pauperibus, Cod. de Episcop. & Cleric. text. in leg. nulli, eod. tit. text. in leg. Si quis ad declinandum, eod. tit. & ibi communiter DD. & idem disponit lex 10. tit. 3. part. 6. Advertendum tamen, quòd hodie de jure novo & canonico, indistinctè committitur electio Episcopo, ut distribuat inter pauperes illius loci, quos velit eligere, modò sit ibi Hospitale, modò non: Ita probat text. in Authent. de Eccles. titul. §. Si quis autem pro redemptione, collat. 6. per quem ita determinat Bartol. in dict. leg. Si quis ad declinandum, dicens, quòd miratur quòd alii non dicant: & sequitur ibi Bald. 2. column. num. 4. Paul. de Castr. & Salyc. & facit text. in capit. 2. de Sepulchris, & in cap. Si pater, de Testament. in 6.

Item adde, quòd tali casu ille electus vel nominatus non dicitur capere de manu eligentis sed de manu & dispositione primi testatoris; text. est notabilis in dict. leg. Unum ex familia versic. 1. cujus verba sunt: *quod postea quam electus est ex alio testament. petere potest* &

& ibi notat & commendat Bartol. 1. column. num. 3. Albert. fin. column. in fin. Joan. de Imol. 1. column. num. 2. column. Cuman. 2. & communiter DD. text. expressior cæteris in §. Si Falcidia ejusdem leg. text. in §. Sed si fundum, ejusdem leg. Propè fin. ibi: *Petit deinceps cæteris ex primo testamento*, text. in leg. Lucius, la 2. §. fin. eod. tit. de Legat. 2. & ibi notabiliter Bart. & communiter DD. text. in leg. Utrum. §. Cum quidam. ff. de Reb. dub. text. in leg. Pater ex provincia. ff. de Manumiss. vindict. text. in leg. Pater filium, ff. ad leg. Falcid. Facit text. in leg. In ædibus. §. Quod filiusfamilias. ff. de Donation. text. in leg. Profectitia. §. Si quis certam. ff. de Jure dot. & in leg. Campanus. ff. de Oper. libert. & in leg. Si consentiente, & in leg. Nepos. ff. de Manumiss. text. notab. in leg. asse toto. ff. de Hæred. instit. text. cum materia in leg. Si scripsero. ff. de Cond. & demonstr. text. notabil. in leg. Rem. eorum. §. Si decuriones. ff. Quod cujusque univers. nomine.

Item ex hoc infertur, quòd talis gravatus, & commissarius potest eligere per quælibet verba declarativa, licet non dispositiva, ut, *talem eligo*: non verò tenetur dicere, *lego, vel relinquo tali rem*. Item etiam subinfertur, quòd si ex forma legis, vel statuti, ex aliqua concessione, donatione, vel dispositione debeatur gabella, vel aliud jus, non debetur ex hac electione, cum ex ea non quærat jus, vel acquisitio electo, vel nominato, sed ex primo testamento: ita probant prædicta jura, & expressè tenet Bart. in dict. l. Unum ex familia, num. 5. & 6. & ibi Imol. & communiter DD. Bald. in §. Si Falcidia, ejusdem legis. Item infertur, quòd hoc casu talis gravatus potest eligere in absentia familiæ, vel eorum inter quos debet fieri electio. Item infertur, quòd poterit fieri coram duobus: ita Bart. in dict. leg. Unum ex familia. §. Si falcidia, ultim. notab. & ibi Bald. & communiter DD. Paul. in dict. leg. Unum ex familia, 2. column. num. 4. & ibi communiter DD. idem Bartol. in leg. 1. ff. eod. tit. 4. column. numer. 16. Joan. de Imol. in dict. leg. Unum ex familia. §. Si duos, facit text. in leg. Hæredes palam. §. Si quis post. de Testam. ubi habetur, quòd quando fit aliqua declaratio eorum quæ relinquantur in testamento, sufficit fieri coram duobus testibus. Item infertur, quòd talis hæres vel commissarius non potest electum in aliquo gravare; quia non dicitur electus vel nominatus capere de manu hæredis vel commissarii, sed primi testatoris.

50 Item infertur, quòd talis hæres vel commissarius, postquam semel elegerit, non potest

electionem revocare; textus est in leg. Statu liberorum. §. fin. ff. de Legat. 2. cujus verba sunt: *cum autem semel dixerit hæres utrum dare velit, mutare sententiam non poterit*, & ibi Bart. & communiter DD. text. in leg. Hujusmodi. §. Si Stichum aut Pamphilum. ff. de Legat. 1. text. in leg. Servi electione, eod. titul. textus in leg. Apud. Aufidium. ff. de Option. legat. text. in l. Quod hæredem. §. Eligere de Trib. & utrobique commun. DD. Quod tamen intellige quando simpliciter est gravatus restituere, vel commissio simpliciter est sibi facta eligendi, vel restituendi, secus verò si usque ad mortem, vel tempore mortis; quia tunc potest variare, & electionem semel factam revocare: ita probat text. in dict. l. Unum ex familia. ff. de Legat. 2. & ibi expressè tenet & commendat Bartol. in fin. Paul. de Castr. Joan. de Imol. Raph. Cuman. & communiter DD. ibi. text. in l. Cum pater. §. Filia, eod. tit. & ibi communiter DD. Quod iterum subintellige, quando electio esset faciendæ de incerta persona de familia, vel de aliquo genere personarum: secus verò si de persona omnino certa; quia tunc, etiamsi tempore mortis sit relictæ, potest fieri electio in vita; text. est notabilis, & ibi Glossa ordinaria & communis opinio in leg. Post mortem fideicommissi.

51 Et ex hoc ante nostras leges Tauri oriebatur maximum dubium, cum posset pater filium quem vellet tempore mortis meliorare in tertio bonorum; ultra quintum, quòd potest dare extraneis, ut disponit lex 9. tit. 5. lib. 3. for. 11. & pater melioravit in vita; an possit pater talem meliorationem revocare? Et certè videtur quòd sic; quia sicut hæres vel commissarius, cui est commissæ electio faciendæ tempore mortis, si faciat, in vita potest revocare; ita pater qui habet facultatem ab ipsa lege: Item etiam & secundò; quia si illam meliorationem judicamus donationem patris; ergo pater potest eam revocare; quia non valet: Unde, in hoc maximo dubio lex nova 17. supra his l. Tauri. posuit quoddam medium; scilicet, quòd non tradita possessione, possit eam pater revocare; tradita verò possessione, efficiatur perpetuò irrevocabilis, modo filius sit in potestate, modò non. Et adde, quòd ante legem Tauri, talis melioratio tertii potius esset assimilanda donationi, quàm electioni, & idem de ea judicari deberet, quòd de donatione simplici inter vivos: Sed hodiè, stante nostra leg. Tauri 17. non potest illa melioratio assimilari electioni; quia non requiritur possessio, & sine ea efficeretur irrevocabilis; nec potest assimilari donationi; quia etiam cum possessione non valeret; si fieret filio in potestate; &

si fieret filio emancipato, vel filio respectu matris, valeret sine ea: Unde dicendum est, quod *lex Taur.* elegit quoddam medium, quod denotat maximam deliberationem, & constantiam animi & voluntatis in actu gerendo, scilicet, tradere possessionem.

52 Secundo principaliter quæro, si testator instituit plures hæredes, & unum, vel aliquos, vel omnes simpliciter gravat non alienare; an ex hoc videatur inesse aliqua causa, vel persona, cujus respectu, & favore videatur facta prohibitio; & per consequens, an videatur facta prohibitio favore cohæredum, ut ille qui prius decedat, teneatur aliis rem vel bona sibi relicta restituere? Et videtur quod sic, ex tacita mente defuncti, argumento prædictorum jurium; & magis in specie pro hac sententia, & conclusione facit text. in *leg. Cum pater §. Libertis, de Legat. 2.* ubi testator reliquit fundum libertis suis, & jussit non alienare, sed in eorum familia remanere, & dicit textus, quod nullus eorum potest alienare; imò aliquo alienante, alii possunt vindicare. Sed certè ille textus non probat; quia ibi testator expressè designavit personas cohæredum quibus fieret restitutio: Textus in *leg. Titia Sejo. §. Seja, libertis. ff. Eod. tit. de Legat. 2.* ubi testator reliquit fundum libertis suis, & gravavit ut novissimus aliis restitueret; & dicit textus, quod nemo potest alienare, imò inter eos videtur inductum tacitum fideicommissum: Sed certè nec ille textus urget; quia ibi novissimus, hoc est, ultimo loco decedens gravatus est restituere: undè ex hoc videtur inter eos tacitè fideicommissum relictum: Textus notabilis in *leg. Qui filium & filiam. ff. ad Trebell. ubi pater instituit filium & filiam hæredes, & filiam gravavit de sua parte non testari: per hoc videtur eam per fideicommissum gravare, illam partem fratri cohæredi suo restituere: Sed adhuc ille textus non probat; quia ibi loquitur, quando cohæres erat filius testatoris, & sic valdè conjuncta persona: quo casu tacitè videntur illa verba fuisse prolata ejus favore, & inducere fideicommissum: Et in expressò istam sententiam & conclusionem tenet Glossa singularis & ordinaria in *leg. Codicillis. §. Instituto, in verbo, filiis. ff. de Legat. 2.* ubi dicit Glossa, quod eo ipso quod testator prohibet hæredes alienare, videtur inter eos reciprocum fideicommissum inducere: & ad hoc illam Gloss. summè notat & commendat *ibi* solus Joan. de Imol. dicens, non esse meliorem in jure. Ambrosius de Opizo in *leg. Filiusfamilias. §. Divi, de Legat. 1. fin. column. num. 118.**

Sed his non obstantibus, ego teneo contrarium, imò, quod tale gravamen, vel præcep-

tum de non alienando sit nudum, & per consequens non valeat, nec ex eo inducitur aliquod fideicommissum: quia sicut tale gravamen vel præceptum non valet, tanquam sine causa & persona, quando unus solus hæres reperitur institutus; ita eodem modo, quando plures sunt instituti, quia eadem est ratio: & hoc probant jura superius allegata, in quantum simpliciter & indistinctè loquuntur: & in expressò istam sententiam & conclusionem tenet Glossa ordinaria in *dist. leg. Filiusfamilias. §. Divi. ff. de Legat. 1. in verb. eos, ibi: Vel etiam in hærede vel hæredibus, &c.* & ibi notat & commendat Alex. fin. col. & voluit Paul. 20. col. num. 5. Jas. 3. column. num. 13. idem Jas. 2. lectur. 5. column. Joan. Crott. 1. column. num. 2. Franc. de Rip. 14. column. num. 26. Ambros. de Opizo 2. column. num. 4. Ferdinand. de Loazes 2. col. in fin. Tenet etiam notab. Salyc. in *leg. Quoties, la 1. Cod. de Fideicommissis. Alexand. in leg. Qui Romæ. §. Cohæredes. 4. column.* Quod tamen notabiliter limita & intellige, præterquam, si ex aliquibus verbis vel conjecturis appareat, quod favore cohæredum esset facta prohibitio, ut si testator jussit eos invicem cavere de non alienando: quia aliàs cautio præstaretur in unum. Et idem est quando essent apposita aliqua verba, ex quibus talis conjectura capi possit. Ita probat textus notabilis in *leg. Pater filium. §. Pater filios. ff. de Legat. 3. in leg. Fideicommissa. §. Hæc verb. ff. Eod. tit. text. in l. Pamphilo, eod. tit. text. in leg. Unum ex familia. §. fin. ff. de Legat. 2. text. in l. Cum proponeretur, in fin. eod. tit. text. in l. Si frat. in fin. Cod. de Fideicommissis. text. in leg. Quamvis, eod. tit. cum similib. & in expressò ita tenet & declarat Soc. in *dist. l. Qui Romæ. §. Cohæredes. ff. de Verb. obligation. 5. col. in med. Franc. de Rip. in dist. l. Filiusfamilias. §. Divi. ff. de Legat. 1. 4. column. num. 19. & ibi Ferdinand. de Loazes num. 44.**

53 Tertio principaliter quæro; si testator instituit plures hæredes, vel pluribus fecit legatum, & gravavit ut novissimus, hoc est, ultimo loco decedens restituat totam hæreditatem vel rem Titio; an per hoc videatur posita aliqua causa, vel persona, cujus favore valeat & teneat gravamen? Resolutivè dico, quod sic; quia per hoc videtur inter hæredes, vel legatarios tacitè fideicommissum inductum, ut primò decedens restituat aliis supervenientibus, & ultimo loco decedens restituat totam hæreditatem vel rem Titio; cujus ratio vera & subtilis est: quia aliter non posset ultimo loco decedens integraliter bona restituere Titio: Textus est singul. & unicus in *l. Titia Sejo. §. Seja libertis. ff. de Legat. 2.* & ad hoc illum textum notat & reputat *ibi* singularem Bart. & repu-

tant singularem & unicum Paul. & Imol. notant etiam & commendant Paul. Alexand. & DD. in *leg. Hæredes mei. §. Cum ita. ff. ad Trebellian. & ibi reputat singularem & unicum Socin. 2. column. versic. Secundus casus. Imol. Alexand. & alii DD. in leg. Pater filium. §. Duobus. ff. ad leg. Falc. Paul. & communiter DD. in leg. Si pater impubes. ff. de Vulg. & pup. & ibi reputat singularem & unicum Alexand. 2. column. Imol. in leg. Centurio, eod. tit. de vulg. & pup. 12. column. versic. Fallit quando præcederet, & ibi Modern. Jas. ubi loquitur, & omninò vide in *leg. Potest quis, 3. col. num. 11. vers. Nota. diligenter. Paul. de Castr. in leg. pen. Cod. de Impuber. & aliis subst. 2. column. num. 3. & ibi communiter DD. Secus tamen esset, si testator simpliciter substituisset ultimo morienti, non dicendo in tota re vel hæreditate; quia ipsi hæredes inter se non videntur tacitè substituti, secundum DD. quod nota, & tene menti, quia est singulare & quotidianum.**

54 Quarto principaliter quæro, si testator jussit hæreditatem vel rem alteri restituere, an per hoc videatur hæredem vel legatarium gravare, interim non alienare? In quo articulo magistraliter & resolutivè dico sic: quod si hæres vel legatarius est gravatus restituere purè, vel in diem certum, non potest alienare: textus est in *leg. Marcellus. §. Res quæ. ff. ad Trebellian. ubi habetur, quod hæres gravatus restituere hæreditatem alteri, non potest alienare ultra quartam Trebellianicam; intra eam verò sic: Et ad hoc notat Gloss. ordinaria, Bart. Alberic. Angel. Paul. Imol. Alex. Socin. & Jas. Text. in *leg. fin. §. Sed quia, vers. Nemo, Cod. Commun. de Legat. cujus verba sunt: Nemo itaque hæres ea, quæ per legatum vel purè, vel sub certo die relicta sunt, vel quæ restitui aliis disposita sunt, vel substitutioni supposita secundum veterem dispositionem putet esse in posterum alienanda, &c.* & ibi Glossa ordinaria, Bartol. & communiter DD. text. in *Authentic. res quæ eod. tit. & ibi Gloss. & comuniter DD. text. in Authent. de Restitutionib. §. Quam ob rem presentem, collat. 4. & ibi Jacob. de Belluis, Bart. Angel. & alii DD. Si verò hæres, vel legatarius est gravatus sub conditione, vel die incerto, vel post mortem ipsius gravati, benè poterit alienare, pendente conditione vel die incerto; sed ea veniente, statim ipso jure rescinditur & annullatur alienatio, ac si numquam esset facta & celebrata: textus est formalis & expressus in *l. fin. §. Sin autem, Cod. Commun. de Legat. & ibi notant Glossa ordinaria Odofred. Petr. de Bellapert. Cyn. Jac. Butr. Bart. Alber. Bald. Ang. Paul. Salyc. & Jas. Probat etiam text. in *leg. Servo legato,****

*§. 1. ff. de Legat. 1. & ibi Bartol. & communiter DD. text. in leg. Si fundum à testatore. ff. de Condition. & demonstr. Confirmatur, quia resolutio & extinctio jure dantis vel alienantis, semper resolvitur ipso jure jus accipientis: textus est singularis in *leg. Lex veltigal. ff. de Pignorib. ubi habetur, quod si possessor emphyteuta hypothecavit fundum in quo est veltigal, & postea fundus cadit in commissum, quia non est soluta pensio, ipso jure extinguatur & annullatur pignus vel hypotheca, & dominium revertitur ad dominum: & ad hoc illum textum notant, & commendant *ibi* Bartol. Bald. Salyc. Angel. & communiter DD. & illum textum ad hoc reputat singularem Bald. in *leg. Usucap. 1. column. in med. Cod. de Pignorib. notat etiam & commendat idem Bald. in leg. 2. Cod. de Re vend. 12. quæst. num. text. in leg. Grege, vers. Statu liber. ff. eod. tit. de Pignorib. ubi habetur, quod servus statu liber, cui est data libertas sub conditione, potest interim pendente conditione, pignoriari, vel hypothecari; sed postea, impleta conditione, ipso jure extinguatur & annullatur pignus vel hypotheca: Pro quibus est text. in *leg. fin. tit. 1. part. 5. Probat etiam text. in leg. Si quis domum. §. 1. ff. Locat. ubi, si fructuarius locavit fundum in quo habet usumfructum per aliquod tempus, & illa medio tempore decedat, statim extinguatur & finitur contractus locationis, & fundum revertitur ad dominum pleno jure; & ibi notant Bart. Paul. & communiter DD. Text. in *l. Si ex duobus. §. 1. ff. de in diem adjection. ubi habetur, quod si dominus vendit rem vel fundum cum pacto adjectionis in diem, & pendente conditione emptor alii pignoriavit & hypothecavit, & postea extitit conditio, quia melior conditio lata fit, extinguatur pignus, vel hypotheca ipso jure, Textus in *leg. 3. ff. Quib. mod. pign. vel hypot. sol. textus in leg. Si quis hac lege. ff. de Rei vindication. text. in leg. Si is cui. §. Hæred. ff. Quemadm. servit. amit. ubi hæres gravatus restituere sub conditione, interim pendente conditione, potest imponere servitutem; sed postea impleta conditione, ipso jure extinguatur & annullatur; text. in *leg. Si fundum à testatore, in fin. ff. de Condition. & demonstration.*******

Octavus modus, per quem impeditur alienatio & translatio domini, est, in bonis majoratus, de quibus loquimur, propter Principis auctoritatem, & facultatem in eo intervenientem: quia regulariter illud quod potest fieri per legem, potest fieri per principem, qui est lex animata, ut in *leg. 1. ff. de Constit. princ. in l. Cesar. ff. de Public. & veltigal. & in leg. penult. Cod. de Donat. inter vir. & uxor. & in Au-*

Authent. de Consulib. §. fin. collat. 4. & in §. Sed & quod Princip. Institut. de jure natur. gen. & civil. Sed per legem potest impediri alienatio & translatio domini, ut supra dictum est: Ergo & per Principis auctoritatem, & isto fundamento & ratione istam sententiam & conclusionem tenet Innoc. in cap. fin. de Accusat. in fin. verb. & ibi Abb. fin. col. Anania, 5. col. in fin. Abb. Panorm. in capit. Raynaldus, de Testam. 5. col. idem Abb. in cap. Dilectus, el 2. de Præbend. & ita disponit nostra lex.

55 Pro cujus perfecta intelligentia & declaratione: Primò principaliter quæro: Quis effectus & utilitas resultat ex hoc, quòd quis constituat majoratum cum auctoritate & licentia Principis; cum sine ea possit quis per contractum & ultimam voluntatem bona sua vinculare & subjicere restitutioni, & eorum alienationem prohibere, ut supra conclusum est? Ad quòd notabiliter respondeo: quòd maximus est effectus & utilitas. Primus, quòd si habet filios vel descendentes, poterit per viam majoratus ultra tertium & quintum, & legitimam electo vel nominato relinquere; dum tamen alimenta aliis præstentur: ut latius infra proximè dicitur. (z) Secundus effectus est, quòd in vinculo & gravamine non tenetur pater vel ascendens servare ordinem & modum positum in leg. 27. supra his II. Tauri. Tertius effectus est quòd si constituens non habet filios nec descendentes, poterit indistinctè, tam per contractum quam ultimam voluntatem, bona vinculare, & subjicere restitutioni, & quodlibet onus vel gravamen apponere, & alienationem prohibere sine clausulis superioribus, de quibus supra dictum est. Quartus effectus est, quòd in bonis majoratus transit ipso jure possessio in successorem, ut in leg. 45. infra his II. Tauri. Secùs tamen est in aliis bonis ex alia causa vinculis, & restitutioni subjectis, ut ibi dicam. Quintus effectus est, quòd melioratio tertii, vinculum & gravamen ejus non cadit in unico tantum filio, sed eo casu quo sunt plures, ut suo loco dixi in materia meliorationis: majoratus verò sic; quia non est qui repugnet. Item etiam alii plures effectus possunt

(z) Ad hujus effectus comprobationem videas quæ dicta sunt ad numer. 57. ibi: & alios sua legitima privare. Et de sequentibus effectibus, vide Matienz. in leg. 11. tit. 6. lib. 5. Recopil. glos. 11. à num. 20.

(A) Prout etiam dicit Tiraquell. de Primog. quest. 4. num. 1. Covarr. lib. 3. resolut. cap. 5. num. 5. vers. Tertio eadem, sed & Reipublicæ utile esse censet Paul. consil. 543. in fin. lib. 3. 1. cons. Burgos de Paz in Proemio legum Taur. numer. 83. doctissimè & latè Matienz. in leg. 1. tit. 7. lib. 5. Recopil. glos. 1. n. 12. & sequentib. Soto de Just. & jure, lib. 4. quest. 5. num. 1. pag. 286. col. 1. ad fin. Menes. in rubr. num. 4. cum tribus sequentib. Cod. de Fideicommissis. Molin. de Primogeniis lib. 1. cap. 1. Aceved. in rubr. tit. 7. lib. 5. Recopil. nam. 11.

colligi, ex infra dicendis in materia.

56 Secundo principaliter quæro, an pater vel mater possit cum bona conscientia & sine peccato facere majoratum vel meliorationem? Et breviter dico quòd sic: (A) quia fit auctoritate & licentia legis communis; & universalis consuetudinis inductæ propter bonum publicum, & propter memoriam & honorem constituentis conservandam, & propter regni & reipublicæ utilitatem & defensionem: ut probat apertè l. 11. tit. 1. 2. part. & evidentia facta & experientia quotidie docent: Præterea, quia habet fomentum à jure divino, ut supra dictum est: Item etiam, quia ista est notabilis & utilis doctrina, quòd lex humana positiva condita à Rege vel Principe non cognoscente superiorem ex justa vel rationabili causa, est servanda in foro conscientie: ita tenet & determinat S. Thomas in 2. 2. quest. 96. art. 4. & 6. Henriq. in quodlibetis suis, quodlib. 8. quest. 22. & est communis opinio Theologorum: tenet etiam apud nos Glossa finalis & unica in cap. Quæ in Ecclesiarum de constitution. in gloss. 1. quam ibi ad hoc reputat singular. & unicam Bald. 1. col. & communiter DD. ibi: tenet etiam Abbas Panorm. Proemio Decretalium, in part. res pacificus, 4. column. n. 4. idem Abbas in cap. 1. de Constit. 6. col. & ibi Felin. 13. col. num. 44. Felin. in cap. 2. de Constit. 13. col. num. 44. Bald. in Authent. ingressi. 6. col. num. 15. Cod. de Sacros. Eccl. Idem Bald. in leg. Cum quis, Cod. de Jur. & fac. ignor. 6. col. num. 14. idem Bald. in leg. penult. §. Illo, Cod. de Necess. serv. hered. instit. & ibi Paul. & communiter DD. idem Bald. in cap. In omni negotio, 1. col. extra de testibus, Paul. Aret. & moderni in rubr. de Acquirend. hered. Anchar. in regula possessor. 7. col. de Reg. jur. num. 6. Jas. in leg. Si post divisionem, 2. col. Cod. de Jur. & fact. ignor. Idem Jas. in §. Sed iste quidem, Institut. de action. 20. col. n. 112. & in expresso istam sententiam & conclusionem, scilicet, quòd possit quis facere majoratum & meliorationem cum bona conscientia & sine peccato, tenet Alber. in leg. Barbarius. ff. de Offic. prætor. 7. column. num.

num. 10. in quantum dicit, quòd secùs aliàs, si successor haberet conscientiam læsam. Abb. & communiter DD. in dict. cap. Licet, de Voto, Martin. de Laude in Tractat. de Primogen. 12. quest. Joan. de Gutier. in Tractat. de Primogen. in 2. lib. 15. quest. Palac. Rubeus in sua eleganti repet. fol. 99. 2. column. §. 26. Quod tamen notabiliter intellige, quando talis filius electus in majoratum vel meliorationem, esset dignus & benemeritus; aliàs secùs: unde, si ex sola affectione pater vel mater præferret filium minus dignum & benemeritum, peccaret. Debet ergo attendere rei & bonorum qualitatem: nam si majoratus vel melioratio consistit in jurisdictione, vel gubernatione, præferat filium doctum, vel sapientem rectæ conscientie, & honestæ vitæ, qui verosimiliter melius sciat, & possit subditos gubernare: & eadem ratione, si majoratus, & bona in eo contenta habent aliam qualitatem annexam, eligat talem filium, in quo magis viget illa qualitas: ita singulariter determinat Palac. Rub. in præallegata repetitione. fol. 99. §. 26. quem omnino vide: quia notabiliter & plenè loquitur & fundat per 4. column. (b)

57 Tertio, principaliter quæro, an pater vel mater constituens majoratum auctoritate, & licentia Principis, possit filium quem vellet eligere & nominare, & alios sua legitima privare? In quo articulo breviter & resolutivè dico, quòd sic (c) dum tamen ejus alimenta ne-

cessaria relinqua: (d) cujus ratio vera & fundamentalis est: quia licet legitima quæ succedit loco alimentorum sit inducta de jure naturali, ut in leg. Scripto. ff. Unde liberi, & in leg. Cum ratio. ff. de Bon. damnat. & in Authent. de Hæred. & falcid. cap. 1. Itaque col. 1. & in Authent. de Triente & semisse, cap. Si verò el 1. collat. 3. & in Authent. Ut cum de appel. cognosc. cap. Considerare, collat. 8. & in Authent. novissima, Cod. de Inoffic. testament. & in leg. 1. §. Jus naturale. ff. de Just. & jure, & in cap. Jus naturale. 1. dist. & per consequens sit immutabile, ut in leg. Jus agnationis. ff. de Pactis, in leg. Jura sanguinis, ff. de Regul. jur. in leg. Si quis à liberis. §. 1. & quasi per totam leg. ff. de Liber. agn. & in leg. Abdicatio. & in leg. Nec filium, Cod. de Patria potest. & in §. Sed naturalia, Institut. de Jur. natur. gen. & civil. tamen ejus quota & quantitas non est inventa nec inducta de jure naturali, sed tantum de jure merè positivo, ut patet in prædictis juribus: Unde, sicut Princeps vel Rex, condendo legem communem generalem, potest talem legitimam taxare, augere, & diminuere; ita potest per rescriptum vel privilegium in concessione majoratus illam restringere & modificare, ut loco ejus tantum præstentur alimenta necessaria: quia per hoc non tollitur nec immutatur per Principem jus naturale, sed reducitur ad illud. Et in expresso, ista consideratione & fundamento istam sententiam & conclu-

(b) Tiraquell. in tract. de Primogenit. 4. quest. & probat apertè text. in lib. 2. tit. 15. part. 2.

(c) De licentia tamen Principis, ut advertit Matienz. in leg. 11. tit. 7. lib. 5. Recop. glos. 11. num. 2. nam sine ejus licentia filios sua legitima privare non poterit ut in tot. tit. 6. lib. 5. Recopil. & in leg. 5. tit. 6. lib. 5. fori, & docuimus supra. numer. 3. Gregor. in leg. 2. tit. 15. part. 2. gloss. 1. Menchac. de Success. creation. cap. 26. numer. 75. & 96. Molin. lib. 1. de Hispan. primogen. cap. 1. num. 5. & seqq. & in conscientie foro hujusmodi licentiam à Principe posse concedi, est communis resolutio, secundum Dynum in cap. Indultum, de Reg. jur. lib. 6. cui accessit Cyn. in leg. Sancimus, Cod. de Nuptiis, Bart. in leg. Titio centum. §. Titio genero, de Condition. & demonstration. num. 6. Corne. consil. 150. lib. 1. & consil. 210. lib. 3. Menchac. de success. creat. §. 20. num. 296. Alciat. in tract. Præsumption. reg. 1. præsumpt. 8. cum aliis pluribus additis per Matienz. in leg. 2. tit. 7. gloss. 1. num. 2. lib. 5. Recop.

(d) Quæ filio nullo jure tolli possunt, ut pluribus rationibus & auctoritatibus probat Menchac. de Success. creat. §. 20. num. 310. & 311. Covarrub. de Spensal. 2. part. §. 6. cap. 8. numer. 5. Castr. lib. 2. de Hæret. inst. punit. §. ult. Ex quo patet, non omnino esse rejiciendam eorum opinionem, qui negant, in totum posse tolli legitimam, fatentur tamen, lege vel statuto posse diminui, ut idem Castr. ubi supra num. 4. docet: cujus opinionis fuerunt Rotæ Auditores in antiquis, decisione 476. & in novis, decisione 18. Covarrub. ubi supra numer. 4. & 5. qui alios plures refert, Gregor. in leg. 3. tit. 9. part. 6. in gloss. magna, 3. column. in fin. Molin. lib. 2. de Primogen. capit. 1. numer. 14. Matienz. tam Antiquos, quam Modernos cumulans in leg. 2. tit. 7. lib. 5. gloss. 1. numer. 3. nisi forte filius habeat aliunde unde se possit alere, ac sibi alimenta acquirere, ex artificio, vel officio, vel aliàs; nam tunc, cum ei alimenta non debeantur, poterit in totum legitima privari, ut tradit Panormitan. in cap. Raynutius, num. 12. de Testament. Palacios Rub. in capit. Per vestras, 3. notab. §. 4. in princip. de Donat. inter vir. Covarrub. ubi supra, num. 5. Menchac. dict. §. 20. num. 304. Matienz. ubi supra num. 4.